



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

N.I. Formalia Conventionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52129)

1647. Febr. meyneten, andern Theils aber, wann es ja an die Protestanten cediret werden müste, selbiges bereits vor andere Competenten, die gleichfalls ihre Satisfaction verlangten, in pectore eventualiter destiniret war; So entstanden deswegen viele Disputationes; doch wußten es die Chur-Brandenburgische Gesandten in aller Stille, mit nachdrucksamem Real-Argumentis, dahin einzuleiten, daß Sie das Wort von den Kayserlichen Plenipotentariis darauf erhielten, und ihnen folgende Uhrkund N. I. deshalb ausgestellt wurde:

1647. Febr.

N. I.

Quod ad Episcopatum Mindanum attinet, cum Status Catholici plenissime confidant, hunc Episcopatum ipsis per hocce Pacis Tractatus restitutum iri, ideo in præjudicium eorum Cæsareani promittere nihil possunt. Quodsi tamen præter opinionem idem Episcopatus, amore Pacis, Augustanæ Confessioni relinquendus sit, idque in Compositione Gravaminum ita conveniatur: Cæsareani nomine Sacræ Cæsareæ Majestatis promittunt, eundem pariter Domino Electori in Feudum Imperiale perpetuum concessum iri, servatis tamen iis, quæ juxta dictam Compositionem Gravaminum, quoad statum Religionis ibidem servanda sunt, huncque Articulum pro majori securitate Domini Electoris seorsim adjungere visum est. Actum Osnabrugi die 20. Februar. 1647.

PER ILLUSTRISSIMAM EXCELLENTISSIMAM
LEGATIONEM CÆSAREAM

Guilielmus Schröder.

§. XXIX.

Völlige Con-
vention über
die Schwedische Satisfaction, und das Chur-Brandenburgische Equivalenz.

Endlich kam es mit dem Schwedischen Satisfactions- und dem Chur-Brandenburgischen Equivalenz-Punct, dergestalt zur Richtigkeit, wie der sub N. I. hier angefügte Articulus weist, worinnen aber noch in einem und

andern Stücken nachgehends etwas geändert worden, das mehrestes jedoch in solcher Form geblieben, wie die dem Instrumento Pacis einverleibte beyde Articuli X. und XI. ausweisen:

N. I.

Völliger Vergleich Königlich-Schwedischer Satisfaction, und der Chur-Brandenburgischen Gegen-Vergnügung.

Porro quoniam Serenissima Regina Sueciæ postulaverat, ut sibi pro locorum hoc bello occupatorum restitutione satisfieret, Paciquæ Publicæ in Imperio restaurandæ condigne prospiceretur: Ideo Cæsareæ Majestatis de consensu Electorum, Principum & Statuum Imperii, cum primis interessatorum vigoreque præsentis Transactionis, concedit Eidem Serenissimæ Regi-næ & futuris ejus heredibus, ac Successoribus Regibus Regnoque Sueciæ, sequentes ditiones pleno Jure in perpetuum & immediatum Imperii feudum.

Primo totam Pomeraniam Citeriorem, vulgo Vor Pommern dictam, unâ cum Insula Rugia, iis finibus contentas, quibus sub ultimis Pomeraniæ Ducibus descriptæ fuerant. Ad hæc è Pomeraniâ Ulteriore Stetinum, Garz, Damm, Golnaw & Insulam Wollin unâ cum interlabente Oderâ & mari, vulgò das frische Haff vocato, suisque tribus Oltis Pene, Swiene &

1647. & Dievenow, atque adjacente utrinque terra ab initio Territorii Regii usque in Mare Balthicum: eâ latitudine littoris Orientalis, de qua inter Regios & Electorales Commissarios circa exactiorem limitum & cæterorum minutiorum definitionem amicabiliter convenietur.

1647.
Febr.

Hunc Ducatum Pomeraniæ Rugiæque Principatum unâ cum ditionibus locisque annexis omnibus & singulis ad ea pertinentibus Territoriis, Præfecturis, Urbibus, Castellis, Oppidis, Vicis, pagis, hominibus, feudis, fluminibus, Insulis, lacubus, littoribus, portubus, stationibus, antiquis vectigalibus & redditibus, & quibuscunque aliis Ecclesiasticis ac Secularibus bonis, Regia Majestas Regnumque Sueciæ iisdem titulis, dignitatibus, præeminentiis, immunitatibus & prærogativis, cæterisque omnibus ac singulis Ecclesiasticis & Secularibus, ac Privilegiis, quibus antecessores Pomeraniæ Duces ea habuerunt, incoluerunt & rexerunt, ab hoc die in perpetuum pro hereditario feudo habeat, possideat iisque liberè utatur & inviolabiliter fruatur.

Quidquid etiam juris in collatione Prælaturarum & Præbendarum Capituli Caminensis antehac habuerant Duces Pomeraniæ Citerioris, habeat impostero S. Reg. Maj. Regnumque Sueciæ perpetuo. Quicquid autem Ulterioris Pomeraniæ Ducibus competierat, competat Sui Celsitudini Electorali unâ cum integro Episcopatu Caminensi, ejusque Territoriis, Juribus & Dignitatibus.

Titulis & Insignibus Pomeraniæ, tam Regia Domus quam Brandenburgica promiscue utantur, more inter priores Pomeraniæ Duces usitato: Regia quidem perpetuo, Brandenburgica vero quamdiu ullus e linea masculina superfuerit; absque tamen Rugiæ Principatu omnique alia prætensione ullius juris in loca Regno Sueciæ cessa.

Deficiente vero linea masculina Domus Brandenburgicæ, omnes præter Sueciam alii titulis & insignibus Pomeranicis abstinebunt: atque tunc quoque Ulterior Pomerania tota cum Citeriori Pomerania, totoque Episcopatu & integro Capitulo Caminensi, adeoque omnibus Antecessorum Juribus & Expectantiis consolidata, ad solos Reges Regnumque Sueciæ perpetuo pertinebunt, spe interim successionis & juxta datam Ordinibus subditisque dictorum locorum, qua homagii præstationes solitam cautionem, investitura simultanea gavifuros.

Celsissimus Elector Brandenburgicus, cæterique omnes interessati exolvunt Ordines, officiales & subditos singulorum supra dictorum locorum, vinculis & sacramentis, quibus huc usque sibi suisque Domibus obstricti fuerant: eosque ad homagium & obsequia Regiæ Majestati Regnoque Sueciæ more solito præstanda remittunt, atque ita Sueciam in plena justaque eorum possessione constituunt, renunciantes omnibus in ea prætensionibus ex nunc in perpetuum; idque pro se suisque posteris peculiari diplomate confirmabunt.

Secundo, Imperator de consensu totius Imperii, concedit etiam Serenissimæ Reginæ ejusque heredibus ac Successoribus Regibus Regnoque Sueciæ, in perpetuum mediatum Imperii feudum Civitatem portumque Wismariensem, unâ cum fortalitio Walfisch & Præfectura Poel & Newencloster, omnibusque Juribus & adpertinentiis, quibus ea Duces Megapolitani huc usque habuerant: ita ut dicta loca totusque portus cum terris utriusque lateris ab urbe in mare Balthicum, liberæ dispositioni Sui Majestatis subfit, possitque ea munimentis & præidiis pro libitu & exigentia circum-

Dierder Theil.

Et 2

cum-

1647. Febr. cumstantiarum firmare, ibique semper pro suis navibus classeeque tutum securumque receptum ac stationem habere, iisque de cetero uti fruique eo jure, quod ipsi in cætera sua Imperii feuda competit: ita tamen, ut Civitati Wismariensi Privilegia sua sint salva ejusque Commercium protectione favoreque Regio omni meliori modo promoveantur.

1647.
Febr.

Tertio, Imperator de Consensu totius Imperii concedit etiam vigore præsentis Transactionis, Serenissimæ Regiæ Eiusque hæredibus ac Successoribus Regibus Regnoque Sueciæ, Archi-Episcopatum Bremensem cum oppido & Præfectura Wilshausen (omnique jure, quod Archi-Episcopis & Archi-Episcopatu Bremensi antehac competierat in Diocesi & Capitulum Hamburgense) ut & Episcopatum Civitatemque Verdensensem cum omnibus & singulis ad eos pertinentibus Ecclesiasticis & Secularibus bonis & Juribus, quocumque nomine vocatis, terra marique, in perpetuum & immediatum Imperii feudum, sub solitis quidem insigniis, sed titulo Ducatus: cessante interim Capitulorum cæterorumque Collegiorum Ecclesiasticorum eligendi & postulandi, omnique alio Jure, administratione & gubernatione terrarum ad hos Ducatus pertinentium. Civitati vero tamen Bremensi ejusque Territorio suis status, libertas, jura & privilegia in Ecclesiasticis & Secularibus ab Imperatoribus & Antecessoribus acquisita & usu longo quiete possessa relinquuntur inviolata, & si quæ ipsi hæcenus cum Episcopis, Episcopatu aut Capitulis intercedunt controversiæ, eæ vel componantur amicabiliter, vel jure terminentur: Civitate interim in sua possessione imperturbata.

Quarto, ratione supradictarum omnium ditionum feudorumque Imperator cum Imperio cooptat Serenissimam Reginam Regni Sueciæ Successores in immediatum Imperii Statum: Ita, ut ad Imperii Comitiam inter alios Imperii Status Regina quoque Regesve Sueciæ sub Titulo Ducis Bremensis, Verdensis & Pomeraniæ, ut & Rugiæ Principis, citari debeant; assignata eis Sessio in Conventibus Imperialibus ob dignitatem personæ Regiæ primo loco inter Principes in scanno Seculari, idque cum triplici Voto: observato tamen ordine alternationis ratione Voti inter Citeriorem & Ulteriorem Pomeraniam. In Circulo Superioris Saxonix proxime ante Duces Pomeraniæ Ulterioris. In Circulis autem Westphaliæ & Inferioris Saxonix, loco moreque receptis, ita ut inter Bremensem & Magdeburgensem Circuli Directorium alternetur.

Deinde concedit eis in omnibus & singulis dictis feudis Electionem Fori liberum in Aula Cæsareâ vel Camera Imperiali, quando ab aliquo convenitur: itemque Privilegium de non appellando: sed hoc ita, ut summum aliquod tribunal, seu appellationis instantiam commodo in Germaniâ loco constituat, eique idoneas præficiat personas, quæ unicuique Jus & Justitiam secundum Imperii Constitutiones & cujusque loci Statuta, absque ulteriori provocatione causarumque avocatione administrant.

Præterâ concedit eidem Regiæ Majestati Sueciæ jus erigendi Academiam & Universitatem, ubi, quandoque Ei commodum visum fuerit.

Ad hæc concedit Eidem moderna Vestigalia (vulgo Licentien vocata) ad littora portusque Pomeraniæ & Megapoleos jure perpetuo, sed ad eam Taxæ moderationem reducenda, ne Commercium in iis locis intercidant.

Exolvit denique Status, Magistratus, Officiales & Subditos dictarum respective ditionum feudorumque omnibus vinculis & sacramentis, quibus prioribus Dominis & Possessoribus huc usque obstricti fuerant, eosque

1647.
Febr.

que ad subjectionem, obedientiam & fidelitatem Regiæ Majestati Regno- que Sueciæ, ceu ab hoc die hæreditario suo Domino præstandam remittit obligatque, atque ita Sueciam in plena justaque eorum possessione constituit: verbo Imperiali promittens, se non solum modernæ Regiæ, sed & omnibus futuris Regibus, Regnoque Sueciæ ratione dictarum ditionum Juriumque concessorum securitatem præstiturum: eosque sicut ceteros Imperii Status, eorum possessione quietâ contra quemcunque inviolabiliter conservaturum & manutenturum, atque hæc omnia peculiaribus Investiturarum literis omni meliori modo confirmaturum.

1647.
Febr.

Tandem Cæsarea Majestas de consensu Statuum Imperii promittit Militiæ Suedicæ, ante ejus exauktionem hujusmodi Satisfactionem ab Imperio absque onere Regni Sueciæ præstitum iri, prout cum eadem ex æquo & bono peculiariter conveniri poterit. Vicissim Serenissima Regina & futuri Reges Regnumque Sueciæ dicta feuda omnia & singula à Cæsarea Majestate & Imperio recognoscant: eoque nomine, quoties casus evenerit, investiturarum renovationes decenter petant, Juramentum fidelitatis eique annexa, sicut Antecessores similesque Imperii Vasalli præstando.

De cætero Ordinibus & subditis dictarum ditionum locorumque nominatim Stralsundensibus, competentem eorum libertatem, bona, Jura & Privilegia, communia & particularia, legitime acquisita & longo usu obtenta, cum libero Evangelicæ Religionis Exercitio juxta invariata Augustanam Confessionem perpetim fruendo, circa homagii renovationem & præstationem more solito confirmabunt, interque eos Civitatibus Anseaticis eam navigationis & commerciorum libertatem tam in cæteris Regnis, Rebuspublicis & Provinciis, quam in Imperio integram conservabunt, quam ibi ad præsens usque bellum habuerunt.

Pro æquivalente autem recompensatione Celsissimo Electori Brandenburgico, Domino *Friderico Wilhelmo*, quod ad promovendam Pacem Universalem Juribus suis in Pomeraniam Citeriorem & Rugiam unâ cum ditionibus locisque supra annexis cesserit, præstanda Eidem Ejusdemque posteris & Successoribus, hæredibus atque agnatis masculis, statim ac Pax cum utroque Regno & Statibus Imperii composita & ratificata fuerit, a Sacra Majestate de consensu Statuum Imperii & præcipue interessatorum, tradatur Episcopatus Halberstadiensis cum omnibus Juribus, Privilegiis, Territoriis ac Bonis Secularibus & Ecclesiasticis quocunque nomine vocatis in perpetuum & Immediatum Imperii feudum: constituaturque idem Elector statim in possessione ejusdem quietâ & reali, eoque nomine Sessionem & Votum in Comitibus Imperii & Circulo Inferioris Saxonie habeat: Religionem autem & Bona Ecclesiastica in eo statu relinquat, quemadmodum per Dominum Archi-Ducem *Leopoldum Guilielmum*, inita cum Capitulo Cathedrali pactione ordinata fuerant, ita tamen, ut nihilominus Episcopatus Suxæ Celsitudini Electorali totique Suxæ Domui hæreditarius maneat, atque Capitulo nullum Jus in eligendo vel postulando, vel etiam regimine Episcopatus reliquum sit; sed modo dictus Dominus Elector ea potestate in hoc Episcopatu utatur, qua reliqui Principes Imperii in suis territoriis utuntur.

Tenetur idem Dominus Elector, Comitem à Tattenbach in possessione Comitatus Reinsteini conservare, eidemque investituram à Domino Archi-Duce de consensu Capituli concessam renovare.

Similiter concedatur Domino Electori expectantia in Archi-Episcopatum Magdeburgensem, ita quidem, ut quocunque eundem morte aut

1647.
Febr.

cessionem presentis Administratoris Domini Augusti Ducis Saxoniae vacare contigerit, totus iste Archi-Episcopus cum omnibus Territoriis & iuribus, ut supra de Episcopatu Halberstadiensis dictum, Suae Celsitudini Electorali suisque posteris & successoribus heredibus & agnatis masculis, non obstante ulla Electione aut Postulatione, interea temporis five clam five palam facta, tradatur & conferatur in feudum perpetuum sitque Eidem vel eisdem jus auctoritate propria vacantem apprehendere possessionem.

1647.
Febr.

Interea autem teneatur Capitulum una cum Ordinibus & Subditis dicti Archi-Episcopatus statim conclusa Pace Domino Electori praedicto & toti Domui Electorali se sacramento fidelitatis & subjectionis in eventum obstringere.

Civitati vero Magdeburgensi Privilegia salva relinquuntur cum primis illud Ottonis Primi de 7mo Jun. Anno 940. tum quae ei Anno 1678. d. 17. Februarii item d. 31. Augusti Anno 1638. data sunt. Et ut Urbs ipsa bello vastata reaedificetur, irreparata maneant suburbia fructusque Cœnobiorum Bergae & B. Virginis cum reliquo Jure & pertinentiis pro aedibus sacris, Nosocomiis & Scholis restaurandis, eidem plane concessa sunt.

Cæterum quod ad quatuor Dynastias five Praefecturas Querfurt, Guterbock, Dama & Borek attinet, cum illae dudum Celsissimo, Domino Electori Saxoniae traditae sint, in Eiusdem quoque ditione permaneant in perpetuum: Ut tamen inde causata imminutio reddituum Cameralium ad mensam Archi-Episcopalem pertinentium aliquatenus refarciatur, saepe dicto Domino Electori Brandenburgico & successoribus non solum statim post conclusam Pacem praefectura Eglen, quae alias ad Capitulum spectabat, pleno jure possidenda & fruenda tradatur, sed etiam facultas sit, obtenta Archi-Episcopatus possessione, quartam partem Canoniciarum Cathedralium, illis decedentibus extinguendi, eorumque redditus Camerae Archi-Episcopali applicandi.

Tertio, Eidem Domino Electori pro se & successoribus suis supra scriptis tradatur Episcopus Mindanus cum omnibus Juribus & appertinentiis, pari ratione ut antea memoratus Episcopus Halberstadiensis, in feudum perpetuum à Sacra Caesarea Majestate de consensu Statuum Imperii, statimque post conclusam & ratificatam hanc pacificationem Suae Celsitudo Electoralis in possessione ejusdem quieta & reali constituatur, eoque nomine Sessionem & Votum in Conventibus Imperii Universalibus & Singularibus Circuli obtineat.

(Deest hic Articulus ratione Civitatis Mindensis, de quo nondum plene conventum est.)

Quarto, dicto Domino Electori & successoribus suis Episcopus quoque Caminensis in feudum perpetuum ab imperatore concedatur eodem plane jure & modo, ut supra de Episcopatu Halberstadiensis & Mindano dispositum est, sed cum hoc tamen discrimine, ut in Episcopatu Caminensi integrum sit Suae Celsitudini Electorali, Canonici post decessum praesentium Canonice extinguere, atque sic successu temporis totum Episcopatum Ulteriori Pomeraniae adungere seu incorporare, observatis insuper conditionibus cum Plenipotentiariis Suecicis respectu hujus Episcopatus ut supra singulariter conventis.

In

1647.
Febr.
Mart.

In huiusmodi Celsitudinis Electoralis Episcopatus maneat Augustanæ Confessionis Exercitium quale nunc ibi viger; nec minus locum habeant ea, quæ in puncto Gravaminum inter utriusque Religionis Status & Ordines Imperii transacta & conventa sunt, quam in cæteris quoque Domini Electoris Provinciis & terris hæreditariis, prout etiam dicti Archi-Episcopatus & Episcopatus hæreditario jure apud Dominum Electorem atque Domum Suam Electoralem in perpetuum permanebunt.

1647.
Febr.
Mart.

Ratione Tituli autem conventum est, ut jam dictus Dominus Elector cum totâ Domo Sua Principes Archi-Episcopatus Magdeburgensis & reliquorum Episcopatum appellentur & scribantur.

Regia quoque Majestas Sueciæ restituat Sux Celsitudini Electorali, primo reliquam Pomeraniam Ulteriorem cum omnibus appertinentibus bonis & juribus Secularibus & Ecclesiasticis pleno jure, quod Ulterioris Pomeraniæ Duces huc usque habuerunt, in collatione Prælaturarum & præbendarum Capituli Caminensis: Ita tamen ut Ordinibus & subditis in restitutis partibus Ulterioris Pomeraniæ Episcopatuque Caminensi competentem eorum libertatem, bona, Jura & Privilegia secundum tenorem literarum reverfalium cum libero Evangelicæ Religionis Exercitio juxta invariata Augustanam Confessionem, absque ulla perturbatione perpetim fruendo, circa homagii renovationem & præstationem omni meliori modo confirmet & conservet.

Tertio, omnia loca quæ Præfidiis Suedicis infessa tenentur per Marchiam Brandenburgicam.

Quarto, omnes Commendas & bona ad Ordinem Equestrem D. Johannis spectantia, quæ extra Territoria Regiæ Majestati Regnoque Sueciæ cessa continentur, una cum Actis & Regestis cæterisque Literariis documentis hæc loca juraque restituenda concernentibus, quæ in Archivo & Carthophylaciis Aula Stetinensis vel alibi reperiuntur.

§. XXX.

Gleichwohl continuirte das Dohm-Schweden, selbiges Erz-Stift nicht an Capitul zu Magdeburg, noch immer Brandenburg, æquivalentis loco, zu übergeben, durch folgende Schreiben sub Ihre Kayserlichen Majestät, als den N. I. & II.

Des Dohm-Capittuls zu Magdeburg fernere Vorstellung wieder die Cession des Erz-Stifts.

N. I.

Des Dohm-Capittuls zu Magdeburg Schreiben an die Römisch-Kayserliche Majestät, die Cession selbigen Erz-Stifts betreffend.

Allerdurchlauchtigster rc.

An Eure Kayserliche Majestät dieser Uns und dem gangen Erz-Stift Magdeburg höchst angelegene Sach allerunterthänigst zu erkennen zu geben, dringet uns unsere zu Erhaltung dieses Erz-Stifts und unsers Capittuls aus rechtmäßigem Titel und mit continuirlichem Besiß wohlhergebrachten Standes hohe Verpflichtung und also unser Gewissen; darum Eure Kayserliche Majestät allergnädigst geruhen wollen, diese unsere allerunterthänigste Anmeldung aufzunehmen und uns mit Dero Kayserlichen Gnaden und Hulden ferner gewogen zu verbleiben.

Und ist nun an deme, daß wir in Erfahrung kommen, als wären zu Ohnabrück solche Tractaten obhanden, daß dieses Primat und Erz-Stift Magdeburg solte in ein